Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31258
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

Secretarii et nuncii	Angeli assistentes et nuncii	Saluete et gaudete spiritus mortalissimi qui nunquam a beneplacito creatoris vestri declinastis
Principes et comites seniores	Patriarche	Saluete et gaudete quia ex genere vestro natus est saluator mundi
Consiliarii	Prophete	Saluete et gaudete quia vobis inspirata sunt consilia secretorum dei et impleta sunt que fideliter prophetastis
Fideliter assistentes in exilio	Apostoli	Saluete et gaudete qui fideliter permansistis cum rege celorum in exilio mundi qui vobiscum esuriuit comedit dormiuit et pedes vestros lauit et cetera
Cancellarii	Ewangeliste	Saluete et gaudete notarii regis altissimi qui vitam et gesta regis fideliter ewangelisastis et conscripsistis
Milites	Martires	Saluete et gaudete vos constantissimi milites qui pro honore regis sanguinem fudistis
Thesaurarii	Confessores et doctores	Saluete et gaudete quia talenta vobis tradita et thesaurum cum multiplici lucro presentastis quorum doctrina fulget etiam ut sol et luna
Vigiles	Monachi et heremite	Saluete et gaudete quia aliis dormientibus contra inimicos regis vestri orando et psallendo vigilastis
Virgines	Virgines	Saluete et gaudete qui sponsos mortales et regnum mundi contempsistis propter amorem sponsi celestis ad cuius thalamum iam cum lampadibus introistis
Dispensatores	vidue	Saluete et gaudete quia opera misericordie Christo in pauperibus fideliter dispensastis